



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Originvm Monasticarvm Libri IV.

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1620

Cap. XV. De Beatis ex ordine Cisterciensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11249

CAPVT XV.

De Beatiss ac Venerabilibus ex Ordine Cisterciensi.

V Abraham, Abbas monasterij Prateensis. De quo vide Robertum Ruscā in Compendio virorum illustrium Ord. Cisterciensis.

B. Abundius, monachus Villariensis in Brabantia, quiescit ibidem. *19. Mar.*

V. Achardus discipulus S. Bernardi, & magister Nouitiorum in Clara-Valle. de quo Exord. Cister. lib. 3. cap. 21.

B. Aegidius, Abbas monasterij S. Martini de Castaneda, in diocesi Asturicensi. de quo Iepesius in Chronica Ord. S. Benedicti per Hispaniam.

B. Aelredus Abbas Rievallis in d. Eboracensi, Dauidi Scotorum Regi familiarissimus (cuius vitam scripsit, vt & S. Eduardi Angliæ Regis) an. 1166. pridie Idus Ianuarij obiit, Sanctorum numero ascriptus, vt tradit Ioannes Baleus, quamquam scriptor Hæreticus, in Catalogo scriptorum britannicæ. Vt S. Bernardo coætaneus, sic eidem in stilo simillimus fuit: scripsitque plurima à Baleo & alijs commemorata. Ex quibus Homilias 31. in Isaiam, & alia Richardus Gibbonus Societatis Iesu Theologus Duaci *12. Ian. Molan. 5. Ian.*

ci 1616. in 4. edidit. Exstat eius vita m. s. in Rubra Valle.

B. Agnes, soror B. Iulianæ Corneliensis, & exilij, persecutionum, omniumque tribulationum eius socia, Namurci sanctè moritur & inhumatur Salsiniæ, quod est monialium Ord. Cisterciensis cœnobium, haud procul à Namurco. De ea vide vitam B. Iulianæ.

B. Aimon, monachus in Sauigniaco, d. Abrincatensis monasterio: de quo Rufca lib. cit. & Ioānes Cisterciensis Abbas in catalogo SS. ord. eiusdem.

B. Alanus Doctor famosus, pòst in Cistercio monachus: de quo idem Ioannes Abbas, Trithemius lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, & Alb. Crantzius in Metrop. lib. 8. cap. 55.

11. Iunij. B. Aleida monialis: de qua Gaufridus Villariensis in Epistola ad Idam monialé, quæ exstat apud Bernardum Britonem in Chronicis ord. Cisterciensis, tom. 1. lib. 6. cap. 9.

B. Aldebertus Abbas monasterij S. Ioannis.

11. Iunij. B. Aleidis Scraerenbecana, monialis in Camera B. Mariæ, extra Bruxellam, obiit an. 1250. tertio Idus Iunij. Eius vita exstat manuscripta in Rubra Valle, monasterio Canoniorum regularium, extra Bruxellam.

4. April. B. Aletha, mater S. Bernardi: de qua vide scriptores vitæ S. Bernardi.

19. Martij. B. Alexander Coloniensis, discipulus S. Bernardi in Clara-Valle, & pòst Abbas Cisterciensis.

fis. De quo Exord. Cister. & Ioannes Basilius Santorius lib. 5. cap. 4. in Hagiographia.

B. Alexander Princeps Scotiæ, frater laicus in Funiclaustro. de quo Barnabas Motaluus in Chronicis tom. 1. lib. 2. cap. 35. & 39.

B. Algotus, ex monacho Cisterciensi Episcopus Curienfis apud Rhætos. De eo vide Arnoldum Carnotensem in vita S. Bernardi cap. 8.

B. Alquirinus, monachus in Clara valle de quo Exord. Cister. lib. 4. cap. 1.

B. Amadeus, Dominus Albæ Ripæ, post monachus Bonæ vallis in Gallia: de quo Ioannes Abbas in dicto Catalogo.

B. Amadeus, filius dicti Amadei, primùm monachus in Clara valle, post Abbas in Altacumba, d. Geneuensis monasterio, demum Episcopus Lausanensis apud Heluetios, scripsit inter alia Homilias de Deipara, Duacitipis editas. Exstat eius vita M. S. in Bona valle. de eodem Arnold. Carnotensis in vita S. Bernardi.

B. Andreas Virdunensis, discipulus S. Bernardi: de quo Exord. Cisterc. libro 2. capite 21.

B. Arnoldus Maioricensis, discipulus S. Bernardi: de quo Exord. Cister. lib. 3. cap. 17.

B. Arnulphus, primùm Abbas S. Nicasij in d. Reméli, post monachus in Signiaco: de quo Ioannes Abbas in dicto Catalogo.

B. Ar-

30. Iunij B. Arnulfus Cornibautius, Bruxellensis, monachus Villariensis, obiit anno 1228. prid. Kalendas Iulij. Vitam eius scripsit Franciscus Moschus, Canonicus Cecliniensis Atrebatii an. 1600. editam. Eiusdem vitam fusissimè scripsit Gosuinus Bossutius, Cantor Villariensis, quæ apud Aub. Miræu exstat manuscripta.

B. Balduinus, primùm in Cistercio monachus, post Cardinalis & Archiepiscopus Pisanus: de quo Bernardus Abbas in vita S. Bernardi cap. 8. Onuphrius Panuinius & alij, qui de Cardinalibus scripserunt, Exord. Cisterc. lib. 3. cap. 30.

Venerabilis Balduinus à boela, fundator monasterij Bodeloensis, in Flandria: cuius vita ibidem M.S. exstat Latine, & apud Ioanem Dassignium Gallicè. Obijt an. 1200.

B. Balduinus, Abbas Fordensis, & Episcopus Vigorniensis in Anglia: de quo Robertus Abbas Montensis in Supplemento ad Sigeberti Gemblacensis Chronicon, & Guido Clare-Vallensis in Historia virorum illustrium.

B. Bartholomæus Coniltius, Abbas Populeti in d. Turiasonensi, apud Hispanos. De eo Ioannes Alvarus lib. de Origine monasteriorum ord. Cisterc. in Aragonia.

B. Bassus, discipulus Sancti Bernardi: de quo Exord. Cisterc. lib. 3. capite ultimo.

B. Beatrix de Silua, monialis Ord. Cisterc.

in+

instituit ordinem monialium Conceptionis B. Mariæ, in Vrbe Toletana. vide Stephanum Garibaium in Hist. Hisp. lib. 20. cap. 13. & Iohannem Marietam. Obijt anno 1490.

B. Beatrix, Priorissa monasterij de Nazareth, extra Liram Brabantix opidum, & filia Bartholomæi, illius loci fundatoris, obiit an. 1268. quarto Kal. Augusti. Vita extat m. s. in Rubra Valle. 3. Aug.

B. Bernardus, monachus & præfectus Infirmariæ, in monasterio Grandis Siluæ: de quo Exord. Cister. lib. 2. c. 20.

V. Bernardus, monialium Salsiniensium rector siue inspector; de quo agitur in Sacratio Comitatus Namurcensis an. 1619. Leodij & Namurci edito.

B. Bertoldus, ex Abbate monasterij Lucensis in Saxonia, Episcopus & Apostolus Liouonia, ac demum an. 1180. martyr. De quo Arnoldus Lubecensis in Supplemento Chronici Slauiorum, Crantzius l. 7. Saxonix cap. 6. & 13. V Vandaliæ cap. 10. & lib. 7. Metrop. c. 17. 21. Oct.

B. Bertramus monachus cœnobij S. Calixti: de quo Cæsarius lib. 7. cap. 38.

S. Bertrandus, Abbas Grãdis Siluæ: de quo Molanus & Arnoldus VVionus.

B. Boemundus, discipulus S. Bernardi, qui escit in monasterio S. Ioannis, apud Lusitanos.

Venerabilis Bertha Molenbasia, nobili genere orta, ex Aquiriæ monasterio vocata, fuit

fuit prima Marquettæ Abbatisa apud Insulas Flandriæ emporium.

19. Feb.
Molanus.

B. Bonifacius Episcopus Lausanensis, patria Bruxellensis, obiit circa an. 1260. in Camera B. Mariæ, monialium cœnobio, apud Bruxellam, vbi corpus eius è terra leuatum in capsâ lignea adseruatur, & vita legitur in tabulâ appensâ, ex codicibus M. SS. Rubræ Vallis desumpta.

V. Bonifacius, Abbas XXII. Cisterciensis, cuius corpus in Cistercio religiosè adseruatur. de quo Rufca, & alij.

V. Bonifacius monachus Villariensis floruit magna vitæ morumque integritate.

V. Carolus VIII. Abbas Villariensis, frater Comitis Seinensis.

V. Candidus Furlongus, Hibernus, monachus cœnobiij Nucalis in Castella veteri, obiit 1616. & quiescit V Vexfordiæ in patria. Vitam Scripsere Franciscus Viuarius lib. de Mulieribus Illustribus, & P. Chrysofomus Henriques Hispanus.

4. Maij.

B. Catharina monialis in Prato, Germaniæ cœnobio: de qua Cæsarius libro 2. cap. 26.

18. Martij.

VVionus.

B. Christianus. Abbas Melli-Fötis in d. Armacana, post Episcopus in Hibernia, floruit an. 1148. vt testatur Robertus Montensis in Supplemento ad Sigeberti chronicon. de eodem S. bernardus in vita S. Malachiæ.

V. Christianus, monachus Hemmeroden-
fis

sis pater B. Henrici Conuersi Villariensis : de quo Cæsarius libro 4. capite 21. & libro 2. capite 16. *4. Feb.*

B. Christianus Episcopus Culmenfis & Apostolus Russiæ: de quo Martinus Cromerus in Hist. lib. 7. *4. Dec.*

B. Christianus, monachus in Valle S. Petri: de quo Cæsarius lib. 4. cap. 30.

B. christina, cognomento Mirabilis, monialis in cœnobio S. Catharinæ apud Trudonopolim, d. Leodiensis opidum: cuius vitam scripsit Thom. Cantipratanus. Vide an fuerit ord. benedictini. *30. Sep.*

B. Christina, monialis in Monte S. VValburgis, d. coloniensis: de qua Cæsarius lib. 7. cap. 21. & lib. 8. cap. 3. & 15.

B. Conradus, ex Canonico S. Lamberti Abbas IX. Villariensis, Clare-Vallensis & cisterciensis, demum S. R. E. Cardinalis, & Episcopus Portuensis, obiit Barij in Italia: de eo cæsarius lib. 3. cap. 33. lib. 5. cap. 26.

B. Conradus monachus & presbyter ex Halsa, ord. Cisterciensis: de quo Vionus lib. 1. cap. 27. & Petrus Cratepolius lib. de Sanctis Germaniæ.

V. constantinus, ex latrone famoso frater laicus in clara-Valle: quem S. bernardus à patibulo liberauit: de quo cæsarius li. 4. cap. 18. Exord. cister. lib. 2. cap. 15. & Peralis lib. 1. cap. 27.

2. Daniel, Abbas vel Eremita Venetus *21. Iul.*

Y

anno

anno 1132. obiit: de quo Franciscus Sansouinus
in descriptione Venetiarum.

B. Daniel, monachus Hemmenrodensis in
d. Treuirensi: de quo Cæsarius libro 2. cap.
37.

B. Daniel monachus, quiescit Hemmenro-
dæ, vt testatur Cratipolius lib. cit. vide Cæsa-
rium lib. 1. cap. 4. & lib. 2. cap. 19.

24. Feb. B. Desiderius, frater laicus in Clara Valle
de quo Brito tomo 1. lib. 4. cap. 20.

B. Didacus, Episcopus Vxamensis, & ma-
gister S. Dominici, familiæ prædicat. cōdito-
ris: de quo vide sup. cap. 12. & infrà cap. 16.

B. Didacus Velascus, socius B. Raimundi,
cum illo Ordinem Equestrem Calatrauæ in-
stituit, & quiescit Gumielæ in d. Vxamensi.

B. Edmundus, primùm Canonicus regula-
ris, dein monachus in Clara Valle. De eo Io-
annes Eremita in vita S. Bernardi, capite
28.

B. Elisabetha, socia B. Iulianæ Corneliën-
sis, obiit circa annū 1256. & quiescit in cœno-
bio Salsiniæ apud Namurcum.

B. Elisabetha VVansia, nobili genere nata,
quiescit Aquiriæ in Brabantia, vbi & monia-
lis fuit. De ea Thomas Cantipratanus lib. 2.
Apum, cap. 50.

V. Emanuel monachus in Frisia: de quo
Ioannes Abbas, Guido Clarevallenfis, &
Montaluus libris citatis.

B. Enarrandus, ex Magistro ord. Templariorum

riorum monachus in Claravalle. De quo Exord. Cist. lib. 4. cap. 32.

B. Ermengardis Comitissa Britanniae, post monialis: ad quam exstant Epistolae S. Bernardi 116. & 117.

B. Eschillus, Archiepiscopus Lundensis & Primas regni Daniae, postea monachus in Claravalle. De quo Saxo Grammaticus lib. 14. Crantzius lib. 3. Daniae, cap. 35. & Exord. Cisterc. lib. 3. cap. 26.

B. Espinela, siue Spinela, monialis Aroucana, in Portugallia: de qua Brito tom. 1. cap. 36.

B. Eustachius, Abbas monasterij Plaiensis in Anglia: de quo Matthæus Paris in Hist. Angliæ, ad an. 1200. & 1253. *Vionis.*

V. Euphemia monialis: de qua Cæsarius lib. 5. cap. 44.

B. Fastradus, VII. Abbas Cisterciensis: de quo Exord. Cister. lib. 2. cap. 24. *20. Maij*

V. Ferdinandus, Ioannis Portugallie Regis filius, & Magister Ord. Equitum Auifiorum. Vide Origines nostras Equestres.

B. Florentius Abbas Caraceti.

B. Fulcuinus, primus Abbas monasterij Sichenfis. De quo legitur in Speculo Exemplorum, dist. 5. §. 19.

B. Garinus, Abbas in Alpibus, post Episcopus Sedunensis: ad quem exstat S. Bernardi Epistola 253. De eodem Arn. Carnotensis in vita S. Bernardi, cap. 8.

Y 2

V. Gau-

V. Gaufridus, Secretarius seu Notarius S. Bernardi: de quo Exord. Cist. lib. sexto, cap. ultimo, & Vincentius in Spec. Hist. lib. 27. cap. 27. Sunt qui scribunt eum postea fuisse Abbatem I V. Clare-Vallensem: contrarium tamen colligi posse videtur ex cap. ultimo lib. 6. Exord. Cisterciensis.

B. Gaufridus, monachus Clare-Vallensis, post Episcopus Soranus: de quo Exord. Cist. lib. 3. cap. 22. & sequentibus, Montaluus tomo I. lib. 2. cap. 21.

B. Genta Abbatissa: de qua legitur in Speculo Exemplorum dist. 5. §. 8.

13. Iunij. Mo'a-
nus. B. Gerardus, seu Girardus, frater S. Bernardi, & Cellarius Clare-Vallensis: de quo Bernardus Ser. 26. in Cática 9. Exord. Cister. lib. 3. cap. 12. & Basilius Santorius in Flore Sanctorum 13. Oct.

7. Dec. B. Gerardus VI. Abbas Clare-Vallensis, & martyr: de quo Cæsarius lib. 8. cap. 68. Petrus in Catalogo Sanctorum, lib. 3. cap. 200. Vincentius in Spec. Hist. lib. 21. cap. 31. Antoninus, & alij.

B. Gerardus Abbas primùm Floriacensis, postea monachus in Signiaco: de quo Ioānes Abbas, Montaluus, & Rufca libb. cit.

B. Gerardus Farfa, monachus Clare-Vallensis: de quo Exord. Cist. lib. 3. cap. 16. & Brito tom. 1. lib. 4. cap. 35.

9. Oct. B. Gerardus, ex monacho Clare-Vallensi Abbas Nouæ Vallis, in Sueuia; de quo Exord.

ord. Cist. lib. 4. cap. 29. & Brito lib. 6. cap. 5. tom. 1.

B. Gerbrandus primus Abbas Floricampi: ^{13. Octob.}
de quo Molanus ad Vfsuardum, & Cæfarius
lib. II. cap. 30.

B. Gertrudis, filia S. Hedvvigis Duciffæ, ^{15. Oct.}
monialis Trebnicenfis, in d. Vratislauienfi, ^{Vionus.}
apud Silefios, floruit an. 1273.

B. Gefelinus, monachus Ciftercienfis, cu- ^{6. Aug.}
ius vitam fcripfit Achardus Ciftercienfis: de
quo Vionus in Martyrologio.

B. Gilbertus, cognomento Magnus, Abbas ^{1. No-}
VIII. Ciftercienfis: de quo Ioannes Clare- ^{vemb.}
Vallenfis lib. de viris Illuftribus.

B. Gisbertus, Prior monafterij Bebenhu-
fenfis, in d. Constantienfi: de quo Rufca, Io-
annes Abbas & Montaluus.

B. Gobertus, ex Asperi Môtis Comite mo- ^{20. Aug.}
nachus Villarienfis, moritur 20. Aug. & qui-
efcit ibidem.

B. Godefridus, ex Priore Clare-Vallenfi
Epifcopus Lingonenfis, anno 1139. floruit: vt
teftatur Robertus Montenfis in Supplemen-
to.

B. Godefridus, relictis Cluniacenfibus,
monachus Villarienfis, *quante fuerit fanctita-
tis, quàm feruens in ordine, per facras eius reli-
quias vsque hodie Dominus non ceffat ostendere:*
vt Cæfarius lib. I. cap. 36. loquitur. Idem, nifi
fallor, dictus eft Pacomius, & fuit Aedituus
Villarienfis.

B. Godefridus Peronensis, discipulus sancti Bernardi, & Prior Clarevallensis: ad quem exstat epistola 109. eiusdem S. Bernardi.

B. Godescalcus, Abbas Montis S. Martini, commendatur à sancto Bernardo, Epistola 214. & Cæsario lib. 9. cap. 2. & alibi. Hic à multis annumeratur Cisterciensibus, sed an rectè dubito, eò quòd Mons S. Martini sit Abbatia Ord. Præmonstratensis, in Picardia, & d. Cameracensi.

B. Gonsalvus seu Gonzalus. Vide Gundifalvus.

31. *Mar.* B. Gosuinus, Abbas V. Cisterciensis: de quo Ioannes Abbas & Rufca.

B. Guericus Abbas Igniacensis, in d. Remensi, & doctor, libris editis clarus; quem Ioannes Gagneus in prologo ad Sermones eius, Trithemius & alij laudant. De eodem agitur in Exord. Cist. lib. 3. cap. 8. & seq.

V. Guicardus, primum Abbas Pontiniaci, post Archiepiscopus Lugdunensis in Gallia.

11. *Maij.* B. Guido, frater S. Bernardi, monachus in Cistercio: de quo Guilielmus in vita S. Bernardi cap. 70.

B. Guilielmus, Abbas monasterij Bellilaudæ, in Anglia, floruit an. 1173. vt testatur Mathæus Paris in Hist. Angliæ.

B. Guilielmus, ex Abbate S. Theodorici iuxta Remos, monachus Clarevallensis, scriptis clarus, laudatur à Trithemio, & in Exord. Cister. lib. 3. cap. 15.

B. Gui-

B. Guilielmus, Marchio montis Pessulani, postea monachus in Grandi Silua; quem Calzolarius scribit Sanctorum numero fuisse adscriptum.

B. Guilielmus, ex Abbate S. Albini monachus Clarevallensis: de quo Ioannes Eremita in vita S. Bernardi cap. 34. & Brito tom. 1. lib. 4. cap. 35.

V. Guilielmus, nobili Dongelbergiorum apud Bruxellenses genere natus, Abbas XI. Villariensis, vir castissimus, & prophetiæ spiritu illustris.

B. Gundisalvus, Aceveri Abbas in Gallæcia: cuius ibidem sepulchrum à fidelibus frequentissimè visitatur: teste Montaluo lib. 2. cap. 39.

B. Helinandus, monachus in Monte frigido in d. Bellouacensi, & Doctor, scriptis clarus, à Trithemio & alijs laudatur.

B. Henricus, ex Abbate VII. Clarevallensi Cardinalis, & Episcopus Albanensis, commendatur à Cæsario lib. 4. cap. 79. & Crantzio lib. 7. Saxonix, cap. 5. & in Exord. Cist. lib. 2. cap. 10.

B. Henricus Cõtractus, monachus Clarevallensis, fuit *spiritu pollens prophético, & nullius expers spiritualis gratiæ: ut Cæsarius lib. 1. cap. 16. & lib. 8. cap. 30 loquitur.*

B. Henricus, frater laicus Hemmenrodensis, in d. Treuirensi: de quo Cæsarius lib. 5. c. 5. & alibi.

V. Héricus frater Laicus Villariensis, filius
B. Christiani Hemmenrodensis, laudatur à
Cæsario lib. 4. cap. 30. & sequenti.

B. Heribertus eremita & monachus Moli-
nensis, quiescit in filua Marlania, apud Na-
murcum, in sui nominis eremitorio, haud
procul à monasterio eremitico Carmelitarum
Discalceatorum, quod anno 1619. Albertus &
Isabella Serenissimi Belgarum Principes fun-
darunt.

B. Hermannus, frater Laicus Hemmenro-
densis: de quo Cæsarius lib. 7. cap. 52.

V. Hermannus, frater Cõuersus, à patientia
& sapietia cõmendatus, Aquiriæ in Brabãtia.

4. Oct.

B. Herueius, ex monacho Clareuallensi
Abbas Vrsicampi, in d. Nouiomensi, lauda-
tur à Gaufrido in vita S. Bernardi lib. 2. c. 4.
& Vincentio in Spec. Hist. lib. 27. c. 4.

B. Herus quiescit Armenteræ in Gallæcia,
cuius meminit Edmūdus Crucius in Episto-
la Confraternitatis, anno 1601. ad Congrega-
tionem regularem Hispanicam data.

B. Hilarius, frater Laicus in Mõrerola di-
ocesis Zamorensis monasterio apud Hispanos:
de quo Angelus Manricus in Sanctoralii
Cisterciensi.

20. Apr.

Molan.

B. Hildegundis, quæ in habitu virili dicta
fuit Ioseph, monialis in Sconaugia an. 1188.
viuere desijt: vt testatur Trithemius in Chro-
nico Hirsaugiensi.

V. Himmana, Abbatissa Salsiniensis, apud
Na-

Namureum, soror Conradi Archiepiscopi
Coloniensis, vitæ morumque probitate flo-
ruit, & à fratre plurimas SS. vndecim mil-
lium virginum ac martyrum reliquias obti-
nuit.

B. Hugo, primus Abbas Pontiniaci post *21. Ian.*
Episcopus Autissiodorensis, floruit an. 1139. &
1150. vt testatur Robertus Montensis in Chro-
nico.

B. Hugo, ex Abbate trium Fontium Car-
dinalis & Episcopus Portuensis; de quo Ar-
nob. Carnotensis in vita S. Bernardi.

V. Hugo monachus in cœnobio Portæ
cæli: de quo Rufca & Ioannes Abbas.

B. Hugo Abbas & fundator monasterij B.
Mariæ in Nucaria apud Siculos: de quo O-
ctavius Caietanus in libro de Sanctis Sici-
liæ.

B. Humbelina, soror S. Bernardi, ordinem *21. Aug.*
monialium inchoauit.

B. Humbertus, primùm Cluniacensis, dein
Clarevallensis monachus, ac Prior, demum
Abbas Igniacensis in d. Remensi: de cuius obi-
tu exstat sermo S. Bernardi. De eodem agitur
in Exord. Cist. lib. 3. cap. 5.

B. Humbertus, Comes Sabaudia, postea *17. Dec.*
monachus in Altacumba, d. Geneuensis cœ-
nobio.

B. Ida Leuuensis monialis in Rameia, Bra-
bantia cœnobio; cuius vita exstat M. S. in
Rubra Valle.

Y 5

B. Ida

13. Ap.

B. Ida Louaniensis, monialis in Valle Rosarum apud Mechliniam, anno 1200. viuere desijt. Exstat eius vita in Rubra Valle.

29. Oct.

11. Dec.

B. Ida Niuellensis, monialis in Rameia d. Namurcensis cœnobio in Gallobrabantia: eius vita exstat M.S. in Rubra Valle, & apud me in veteri codice.

B. Ioanna, Abbatissa iuxta Eboram in Lusitania, & martyr, quiescit ibidem.

B. Ioannes, Abbas Bonæ Vallis, & Episcopus Valentinus in Gallia laudatur à Vincentio in Spec. Hist. lib. 36. cap. 42. Antonio & alijs.

B. Ioannes Eustachius, primus Abbas Iardineti in d. & comitatu Namurcensi prophetiæ dono clarus. Exstat ibidem vita eius m. s.

V. Ioannes, primus Abbas Grandipratenfis in d. Namurcensi, antea ex nobili milite humilis in Villario monachus, laudatur ab Aegidio rerum Leodiensium scriptore.

B. Ioannes, de Monte mirabili, vir nobilissimus, post monachus in Longo Ponte, circa an. 1200. claruit. Exstat eius vita m. s. in Supplemento Suriano apud Belfortium.

B. Ioannes, monachus cœnobij Cisterciensis: cuius meminerunt Ioannes Abbas, & Montaluis ex antiquo Missali ordinis.

B. Ioannes, alius à priore, monachus item Ord. cisterciensis: de quo vide scriptores iam citatos.

B. Io-

B. Ioannes Zirita, fundator ordinis ^{23. Dec.}
 Equitum Auifiorum, in Lusitania, primus
 Abbas S. Christophori Foensis, & tertius S.
 Ioannis Toraucani, *clarus vita, clarus meritis,*
clarus miraculis, claret in caelis: vt in eius tu-
 mulo legitur. De eo fusè Brito tom. 1. lib. 2.
 & 5.

B. Ioannes, monachus & Prior Claræ Val-
 lis: de quo Exord. Cister. lib. 4. cap. 27. & se-
 quenti.

B. Ioannes, frater laicus in Grandi Silua,
 putatur is fuisse, qui nihil sciuit præter hæc
 duo vocabula, *Aue Maria*: ex cuius ore iam se-
 pulti tradunt liliū, iisdem litteris aureis
 decoratum, prodijisse. Vide Montaluū li. 2.
 cap. 41.

B. Ioannes Panaqua, anachoreta & mona-
 chus cœnobij, quod vocant Sacra Mœnia, a-
 pud Hispanos, ibidem quiescit: vt tradit
 Manricus libro 3. Sanctoralis Cistercien-
 sis.

V. Iolenta cognomento Pœnitens, relicto
 Monasteriensi ad Sabim fl. cœnobio, pœni-
 tentiam egit in Aquina Brabantiae cœno-
 bio, & post mortem sanctæ Ludgardis bea- ^{18. Julij.}
 ta apparuit: vt in illius vita, libro 2. legi-
 tur.

B. Isabella, Abbatissa Sconaugiensis: cuius
 vitam scripsit Rogerus Angelus.

B. II.

B. Isnebardus, monachus Hemmenrodensis, in d. Treuirensi, à Cæsario lib. ii. cap. 3. & ii. laudatur.

5. Apr.

B. Iuliana Cornelienfis, augustissimæ Corporis Christi festiuitatis auctrix, quiescit Villarij in brabâtia. De qua vide Chron. nostrum Cisterciense.

B. Laurentius, frater laicus in Clara Valle de quo Exord. Cist. lib. 4. cap. 34.

V. Lifardus, frater laicus Hemmenrodensis: de quo Cæsarius lib. 4. & 10.

B. Macarius, monachus in Valle Bona, d. Vallisoletanæ monasterio: cuius ibidem tumulus est in veneratione: vt tradit Manricus lib. 3. Sanctoral. Cist.

B. Masalda, Sanctij Portugalliæ Regis filia, in cœnobio Aroucano monialis: de qua Rodericus Toletanus in Hist. Hisp. libro 9. capite 2.

B. Mamertus, Abbas Gumielæ in d. Vxamensi, fuit frater S. Dominici, qui ordinem Prædicatorum instituit.

B. Margarita, monialis in cœnobio Siluæ Benedictæ: de qua Ioannes Abbas, Rusca & Montaluus.

B. Margarita Louaniensis à Cæsario lib. 6. cap. 35. laudatur.

B. Margarita, monialis in Monte S. VValburgis, d. Coloniensis cœnobio.

B. Maria Martines, aliàs cognomento Peregrina, nisi fallor, monialis in Lorbano Portugali.

tugalliæ cœnobio : de qua Brito tom. 1. lib.
6. cap. 34.

B. Maria Vela , monialis in Abulensi S. 24. Sep.
Annæ monasterio, à Sanctio Velada Episco-
po Abulensi fundato, ibidem anno 1617. o-
bijt. Eius vitam scripsit Michael Gonzales
Vaquerus, Doct̃or Theologus, Hispanicè e-
dita Madridi anno 1618.

BB. Martyres, circiter bismille, partim
Equites, partim monachi, Calatrauæ passim,
quiescunt in veteri Calatraua : de quibus vi-
de Andradam in historia Ordinis Calatra-
uæ.

BB. Martyres monachi ord. Cisterciensis
anno 1421. ab Hussitis occisi, in monasterijs
Sedelitzenfi & Osseckenfi, apud castrum Ro-
senbergense in Bohemia : de quibus Carolus
Langius in Chronico Citizenfi.

BB. Martyres, anno 1429. aut 1430. occisi
ab iisdem Hussitis, in Cella noua, & Grunhe-
mio, monasterijs instituti Cisterciensis, in
d. Vratiflauiensi apud Silesios : de quibus
Langius & Ioannes Cochlæus lib. 6. Histor.
Hussitarum.

BB. Martyres ac monachi Copriunicenses,
Serdomiriæ à Tartaris occisi.

BB. Martyres 40. Hiberni, cum suo Ab- 2. Iunij.
bate, plexi capite.

B. Mauritius, Abbas monasterij S. Marti- 14. Aug.
ni : de cuius canonizatione facienda existat

Tex-

Textus in Cap. Venerabili fratri, 52. de testibus & attestationibus.

B. Mechtildis, cuius meminit Edmundus Crucius, Abbas Cisterciensis, in charta confraternitatis, anno 1601. Cistercio in Hispaniam missa ad Congregationem regularis obseruantiae.

B. Mainerus, discipulus S. Bernardi, Prior Hemmenrodensis, per multos labores ad sublimem sanctitatis & gloriae culmen peruenit: vt Cæsarius lib. II. cap. 2. loquitur.

B. Monachus in Riua sicco, Hispanie monasterio, secundo lapide à Medina Pomariensi: de quo Cæsarius lib. 7. cap. 21.

7. Febr.

B. Niuardus, frater S. Bernardi, fundator monasterij Spine, in d. Vallisoletana: quod ita nuncupatur à Spina Coronae Dominicæ ibidem religiose adseruata. Ad hunc exstat Epistola 301.

B. OGLERVS, Abbas Locedij in d. Casalensi, & ducatu Montis Ferrati, apud Insu-bres sita: de quo Rufca & Ioannes Abbas.

B. Oildis, cuius mentio fit in dicta charta Confraternitatis anno 1601. missa in Hispaniam per Edmundum Crucium.

B. Otho Episcopus Frisingensis: de quo vide capite sequenti.

B. Otho, Supprior in Clara-Valle, temporibus S. Bernardi: de quo Exord. Cist. lib. 3. cap. 6.

B. Ozilia, socia B. Iulianæ Corneliensis, obiit

obiit Salsiniæ extra Namurcum: de qua vide
B. Iulianæ vitam.

B. Petrus Monoculus, ex monacho Ignia-
censi Abbas Clereuallensis: de quo Cæsarius
lib. 6. & 7. & Petrus in Catalogo Sanctorum.

B. Petrus à Castronouo, primus hæreticæ
prauitatis inquisitor, & martyr: de quo vide
cap. seq.

B. Petrus, monachus in Caduino cœno-
bio: de quo Ioannes Abbas, Silua, & Montal-
uus.

B. Petrus, primus Abbas Morerolæ in Id.
Zamorenfi: de quo Silua lib. 7. cap. 5.

B. Petrus, eiusdem loci sacrista, Deiparæ
addictissimus.

B. Petrus Alfonso, frater Alfonsi Henri-
ques Regis Portugalliæ, monachus Alcoba-
tiæ: de quo Bernardus Brito in Monarchia
Lusitanica, & tom. I. Chron. lib. 5. c. 16. & seq.

B. Petrus Marginetus, monachus in Popu-
leto, d. Turiasonenfis cœnobio, cuius vita i-
bidem m. s. exstat. Ex qua hausit sua Ioannes
Vincentius lib. 2. de Sanctis Cataloniæ & Ioā-
nes Aluarus lib. de monasterijs Cisterciensi-
bus in Aragonia.

B. Petrus Tolofanus, monachus Clare-
Vallensis, & Doctor: de quo Exord. Cisterc.

B. Petrus, monachus Hemmenrodensis,
pōst Apostolus Liuoniæ: de quo Exord. Cist.
lib. 3. cap. 4. & 13.

B. Pontius, ex Abbate V. Clare Vallens-
si E-

si E-

si Episcopus Claremontanus: de quo Exord. Cist. lib. 2. cap. 6.

B. Raimundus, Abbas Fiterij in Navarra finibus, fuit institutor Ordinis militaris Calatrauæ. De quo vide Rodericum Toletanum lib. 7. cap. 14. Marietam de Sanctis Hispaniæ, & alios. Illius corpus ex loco *Ciruelos* translatum est ad cœnobium Montis Sion, iuxta Toletum, vbi quiescit in sacello & tumulo sumptuoso vnà cum dicto Roderico, nisi fallor.

B. Rainaldus, Abbas IV. Cisterciensis: de quo Exord. Cist. lib. 1. cap. 28. & Vincentius in Spec. Hist. lib. 27. cap. 127.

B. Rainaldus, Abbas Pefiniaci: ad quem exstant Epistolæ S. Bernardi 72. & sequentes.

B. Rainaldus, relictis Cluniacensibus monachus in Clara-valle: de quo Exord. Cister. lib. 3. cap. 12. & Brito lib. 4. cap. 15.

B. Richardus, monachus Aduuertensis in Frisia, & d. Groningensi, miraculis & peregrinationibus clarus: de quo Molanus in Natalibus Sanctorum belgij sub finem.

B. Robertus primus Abbas Dunensis in Flandria: de quo Exord. Cisterc. lib. 2. cap. 21. & nos in Chronico Cisterciensi. Ad hunc exstant Epistolæ Sancti Bernardi 336. & 337.

7. Iul.

V. Robertus, frater Laicus Clarevallenfis: de quo Brito tom. 1. lib. 4. cap. 20.

B. Ro-

B. Rolandus, monachus monasterij Kerferiacensis: de quo Ioannes Abbas in Catalogo.

B. Ruandus, ex monacho Cisterciensi Episcopus Venetensis, in Britannia minore, floruit an. 1177. vt testatur Robertus Montensis in Supplemento ad Sigeberti chronicon & VVionus lib. I. cap. 46.

B. Rudgerus, seu Rogerus Abbas Ellaucensis: de quo Ioannes Abbas, Rusca, & Montaluus.

B. Sanctia, Sanctij Portugalliae Regis filia, monialis & fundatrix cœnobij Cellarum: de qua Brito lib. 6. cap. 33.

B. Simon, Alnensis monasterij frater laicus, in d. Leodiensi, an 1296. viuere desijt. Vitam eius ex illius loci monumentis edidit Franciscus Moschus, Atrebatii an. 1600.

B. Simon, Abbas Caziensis, post monachus Clare-Vallensis: de quo Bernardus Epistola 293. & Ioannes Eremita in Vita S. Bernardi cap. 40. Vide Exord. Cisterc. lib. 2. c. 29.

B. Simon Lipniciensis; quem multis claruisse miraculis Martinus Cromerus li. 29. de rebus Poloniae testatur.

B. Sophia, Priorissa Montis S. VValburgis, post Abbatisa Ouenensis, cui aliquando tenuis cereuisia in vinum est conuersa, quam etiam Angelus Domini, cum de Matutinis exiret, cum lucerna antecedebat: vt lib. 10. cap. 16. Cæsarius loquitur. De eadem fortè Bernardus Epist. 113.

Z

B. Spi-

B. Spinela, vide Espinela.

B. Stephanus, ex monacho Cisterciensi Cardinalis & Episcopus Prænestinus: de quo Bernardus Bonæ vallis Abbas cap. 8. vitæ S. Bernardi. Ad eundem exstat S. Bernardi Epistola 219. & 223.

B. Stephanus, primus Abbas Obosmenfis: de quo Ioannes Abbas, Rufca, & Montaluus.

B. Stephanus, Prior eiusdem monasterij: de quo auctores supradicti.

17. Sept. B. Stephanus, Conuersus in Clara-Valle: de quo Brito tom. 1. lib. 4. cap. 20.

B. Terefia, Alfonfi Regis Legionensis vidua, & monialis in monasterio Lorbanensi: de qua Duardus Galbanus in vita Regis Sanctij, & Brito lib. 6. cap. 21. & seq.

B. Terefia, Regina Aragoniæ, fundatrix & monialis cœnobij nostræ Domine de Gratia, in vrbe Valentia: vbi hodieque corpus eius incorruptum adseruari tradunt. vide Garibaium lib. 3. cap. 6. Martinum Vicianam in Chronico Valentia, & Ioannem Aluarum de Origine monast. Ord. Cist. in Aragonia.

B. Thomas, Prior Boni fontis de Taresca: de quo Ioannes Abbas, & Rufca.

B. Thomas, monachus Dunensis & martyr: de quo vide Trophæa Ecclesiæ Anglicanæ in æs incisa, & Montaluum tom. 1. lib. 2. cap. 37.

B. Tor-

B. Torphimus Episcopus Hamariæ in Noruegia, exul aliquamdiu vixit, & obiit in monasterio Thofano, ord. Cist. apud Brugas, Flandriæ olim emporium. Vide Acolanum in Natalibus SS. Belgij.

B. Vidalis, seu Vitalis in monasterio S. Sulpitij: de quo Cæsarius lib. 7.

B. Vitalis, Abbas primus Sauigniæ, nisi fallor, in d. Abrincantési, an. 1178. floruit: cuius vitam scripsit Stephanus Episcopus Redonensis. Vide Robertum Montensem in Chronico ad dictum annum.

B. Vlricus, natione Coloniensis, monachus Villariensis, dum Missam celebraret, super caput eius globus igneus apparuit. Cæsarius libro 6. cap. 31.

B. VVallenus Abbas Meuroffensis, in Anglia, obiit anno 1160. tertio nonas Augusti. *2. Aug.* Vita eius exstat m. s. in Rubra Valle, tom. 3. Antonij Gentij.

B. VValterus siue Gualterus Birbacensis, monachus Hemmenrodensis, miraculis post mortem clarus: vt Cæsarius lib. 4. c. 54. & lib. 7. cap. 39. testatur.

V. VValterus Traiectensis, Abbas X. Villariensis, prophetiæ spiritu clarus, & orationi deditissimus.

B. VVerricus Prior Alnæ in d. Leodiensi, cū socio Nouitio anonymo, ibidem quiescit.

De his plura qui volet, Ioannem Dassigni-

um ex monacho Camberonensi nunc Abbatem Nifellensem consulat in Vitis Sanctorum ac Beatorum Ord. Cisterciensis, quas Gallico sermone conscripsit, & Montibus Hannoniae an. 1603. typis edendas curauit. Consulat item *Exordium Cisterciense*, seu librum manuscriptum *de Origine & viris illustribus Ord. Cisterciensis*, qui varijs in Bibliothecis exstat. Illius auctor fuit (quantum ex ultimo capite libri 6. colligere potui) primum monachus in Clara-Valle, post alicubi Abbas, & floruit circa an. 1180. aut circiter, paulò post tempora S. Bernardi. Dicit enim citato loco *vidisse, ac cognouisse se in Clara-valle non paucos seniores ex discipulis S. Bernardi, morum grauitate, religionis integritate, & prudentia, & simplicitate reuerendos, in his beatae memoriae D. Gerardum Priorem, D. Gaufridum eiusdem Sancti viri Notarium plurimumq; ab eo dilectum D. Hugonem de Monte felice, D. Petrum Catalaunensem, & alios tam monachos quàm conuersos.*

Miror sanè librum hunc à nemine hactenus luce publica donatum fuisse: quod ut ex Ord. Cisterciensi quispiam praestet, eiusdem honori ac gloriae augendae, hortor & rogo. Ego manuscripto exemplari pergamenico, in libros seu distinctiones sex diuiso, usus sum, quod exstat in Abbatia S. Bernardi apud Antuerpiam ad Scaldim.